



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **De Collegiis Canonicoꝝ Per Germaniam, Belgivm, Galliam, Hispaniam, Italiam, Aliasqve Orbis Christiani Prouincias, Liber Singvlaris**

**Le Mire, Aubert**

**Coloniae Agrippinae, 1615**

Capvt VI. S. Mariæ Tornacense Collegium cathedrale in Belgio.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11227**

tiquissimum habetur templū *S. Stephani Græcorū*, in quo hodie est collegiū Canonicoꝝ & parochia, olim intra, nunc extra vrbis muros. Tradunt id dedicatum fuisse à *S. Dionysio* Ep. Parisiensi, quem volūt Arcopagitā fuisse, atque è Græcia cum suis in Galliam venisse. de qua re vide Iacobum Breulium lib. 1. Antiquitatum Parisiensium.

*S. TRINITATIS COLLEGIVM Canonicoꝝ in saltu Vicennarum.*

**A**Ltero ferè lapide à Lutetia Parisiorum est nemus siue saltus Vicennarum muris vnde qua que cinctus in vsum Regiæ venationis. In dicto saltu visitur arx Regia, cuius facellum Carolus V. Galliæ Rex condidit in honorè Sanctissimæ Trinitatis, & Beatæ Mariæ Virginis, addito Canonicoꝝ collegio: Diploma foundationis anno 1379. datum, existat apud Chopinum lib. 1. de sacra Politia tit. 8. Dotem auxit postea eius filius Carolus VI. anno 1408.

CAPVT VI.

*S. MARIAE TORNACENSE COLLEGIUM cathedrale in Belgio.*

**H**Vius vetustissimæ Ecclesiæ velut auctor & parens habetur *S. Piatas*, Nerviorum Apostolus, qui Diocletiano & Maximiliano

Maximiliano Imperatoribus apud Tornacum martyrio coronatus est. In eius namque vita legitur, ipsum *docendo sic rem promouisse, ut adiculam B. Virgini, adicula verò aliquot Lectores, Diaconos & Sacerdotes, qui Sacramenta fideli populo administrarent, consecrârit.*

Auxit haud dubiè ac stabiliuit rem inchoatam postea Superior Neruiorû Episc. ac demû *S. Elutherius*, alijq; Tornacenses Episcopi.

De S. Piatî & Sociorum eius per Belgium Apostolatu, libet porrò quædam subnectere.

Circa annû Christi 296. Sancti & Apostolici viri *Quintinus, Crispinus, Crispinianus, Victoricus, Fuscianus, Piatius, & Chrysolius*, Roma in Galliam venerunt, & Christi Religionem longè lateq; propagarunt.

*S. Quintinus* ciuis Romanus martyrium passus est Augustæ Veromanduorum, quæ ab Hunnis vastata, & post instaurata, ab hoc Martyre *Quintinopolis* hodie dicitur apud Picardos.

*SS. Crispinus & Crispinianus*, apud Suehtiones in Gallia, gladio cæsi sunt.

*SS. Victoricus & Fuscianus*, Morinorum Apostoli, apud Ambianos, vnà cum *S. Gentiano*, hospite suo, capite plexi sunt.

*S. Piatius* siue *Piaton*, Presbyter Beneuenti Pelignorum natus, apud Carnutes & Neruios, Christum prædicauit, & apud Tornacum martyrio coronatus est, *Diocl. & Maximiano*  
Impp.

Impp. in Christianos per prouincias sæuientibus. Sacrum eius corpus B. Eligius Noniomenfis ac Tornacensis Episcopus diligenter quæsitum repperit, loculoque inclusum Seclinij collocauit; instituto ibidem Clericorum siue Canonicorum collegio.

*S. Chrysolius*, Tornaci, alijsque Flandriæ locis Christi doctrinam disseminauit, & ab impijs cæsus; Cominij ad Lifam Fl. est conditus, à B. Eligio pariter eleuatus. Historia martyrij eius ibidem exstat, in collegiata Canonicorum basilica. Itaque iure optimo SS. Piat & Chrysolius Tornacensium & vicinorū Flandriæ populorum Apostoli sunt nuncupandi. De hoc Tornacensi collegio consule Molauium in natalibus sanctorum Belgij.

## CAPVT VII.

SANCTENSE COLLEGIVM IN  
*Ducatu Iuliacensi.*

**S**anctense opidum, ad Rhenum Fl. à S. Victore eiusque socijs CCCXXX. Thebæ legionis militibus, eò ferè loci, Diocletiano & Maximiano Impp. pro Christo occisis, sic dictum, ex Colonia Traianæ rudibus natum creditur.

In horum Martyrum honorem insigne Sacerdotum collegium *S. Helena* Constantini Magni Imperatoris mater instituit; quod & Constantinus priuilegijs exornauit; vt fusè narrat